

- 12 Lex, quæ inducit actus nullitatem statim ligat.
- 13 Decretum irritans semper afficit ignorantes quoad actus nullitatem, licet nõ quoad pœnam incurrendam.
- 14 Lex noua, quæ peruenit ad notitiam, statim ligat.
- 15 Lex fin. ff. de decretis ab ordine faciendis, declaratur.
- 16 Qui certioratus est, non indiget vt iterum certioretur.
- 17 Synodalis constitutio ligat arbitrio iudicis.
- 18 Constitutio particularis, non ligat ignorantes.
- 19 Lata culpa equiparatur dolo.
- 20 Culpa leuis, vel leuissima non equiparatur dolo.
- 21 Præsumptio scientiæ transactis duobus mensibus non est iuris, & de iure.
- 22 Dispositione legis standum est.
- 23 Lex publicatio debet fieri in vnaquaq; Prouincia, secundum vnã opinionem.
- 24 Authent. vt facta noua constitut. declaratur.
- 25 Contraria opinio refertur.
- 26 Constitutio Papalis quando liget.
- 27 Legis ignorantia qualiter probetur.
- 28 Forensis quando possit legis ignorantiam allegare.
- 29 Ignorantia dilucidè est probanda, & non iuramento partis.
- 30 Lex 20. titulo 1. partitã prima, declaratur.
- 31 Rusticus, mulier, & miles, possunt allegare ignorantiam legis.

Q V Æ S T I O 903.  
COMMVNIVM CONTRA  
COMMVNES.

*Vtrum legis publicatio debeat fieri in vnaquaque Prouincia vel sufficiat in Curia Regis, ad hoc, vt obliget?*

- R**o clariori intelligentia huius quæstionis animaduertendum est, quod legis publicatio debet fieri per proclama. Gloss. vltima. in c. 2. de constitut. vbi Doctores. Abb. consi 35. vol. 1 vel in loco publico in præsentia personarum. gl. verb. <sup>1</sup> *solemniter. de electione*, cum publicè fieri dicatur, quod fit populis. Salicetus in l. ea quidem. n. 112. & 114. C. de accus. decis. Genue 83. nu. 2. & tunc post duos menses incipit ligare. Auth. vt factæ nouæ constitutiones. col. 5. in princ. ca. mouerit. de sententia excommunicationis. ca. non magnopere, ne Clerici, vel Monachi. cap. super specula. eod. non est necesse, vt singulorum auri- <sup>2</sup> bus inculcetur, capit. quod dicitur. 16. distinctio. cap. ad hac. de postulatione Prælatorum. Si verò in ipsa lege, vel constitutione nouiter publica, exprimat tempus quando incipiat ligare, siue ad maius, vel minus tempus duorū <sup>3</sup> mensium. seruandum est illud. cap. cum singula. de præbend. lib. 6. in tantum, quod si in ipsa lege dicatur, quod liget à die publicationis, ab eo die sortietur effectū immediatè, ita docet gl. in Clem. ad nostram. de hereticis. quod intelligo respectu irritationis actus, non verò <sup>4</sup> vt contraueniens incurrat pœnam, cum non sit in culpa. vt in c. cognoscentes. de constitutionibus, & tenet glossa in d. Clem. ad nostram verbo, ex tunc. quam dicit communiter approbatam Benedictus Capra. regulæ, & tractatus. <sup>5</sup> *regu. s. numer. 4.* Quod nota pro intelligentia pragmaticæ, De la subida de los censos a razón de veinte mil millar. Idemque est dicendum, quando noua lex esset antiquæ legis declaratoria, vt vidimus in pluribus pragmaticis, quæ quotidie renouantur, & nouiter publicantur; quia tunc statim ligat, & non est tempus duorum mensium expectandum, ita docet glossa in verbo, de cetero. in præmio Clem. Quod intellige; nisi ipsa lex ultra declaratio- <sup>6</sup> nem aliquid addat: quia tunc in additione dicendum est idem, quod in noua constitutione lex leges, & constitutiones. C. de legibus. c. fin. de constitutionibus. Si verò lex nouiter edita, & publicata disponat idem, quod de iure cõmuni erat dispositum, statim ligat, cum & antea ligabat. Glossa in cap. cognoscentes. de constitutionibus. vbi Antonius, & Imola, quod non intelligas in lege, vel constitutione priuilegiata, quia illæ leges assument naturam priuilegii, quod statim à tempore datæ imprimi- <sup>7</sup> vires & prodest etiam ignorantibus iuxta notata in cap. 1. de concessio. præbend. libro 6. l. cum pater. §. surdo, & muto. ff. de leg. 2. Barth in l. diuina memoria. C. de Decurionibus, libro 10. Sed verius est quod priuilegium non assumat vires statim à die datæ, sed à die notitiæ ipsius <sup>8</sup> priuilegiati, vt tenent communiter Doctores in d. et. cap. 1. quod quidem non procedit in lege, in qua ponitur actus nullitas, vt in l. ff. de <sup>9</sup> decretis ab ordine faciendis, vbi Paulus, quod procedit secundum Lapum in Clement. 1. de <sup>10</sup> electione,